



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

19 Devolvenda feuda ad Ecclesiam non possunt amplius reinseudari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

ad aliam personam exeundi, & proroga-
 ri posset, cum casus huiusmodi non lega-
 tur comprehensus, quo stante, videba-
 tur potius quædam continuatio, quam
 investituræ renovatio, ut per Red. dicta
 quest. 12, num. 59, cum alijs supra allegatis,
 & cum illa constitutio sit pœnalis, non
 posse extendi ad casum non expressum,
 cap. odia, de regul. jur. cum vulgat. ita quod
 dicta prorogatio potius ad cautelam re-
 quirebatur, ut removerentur omnes dif-
 ficultates, ac in utilitatem Sanctæ Sedis
 Apostolicæ, cui maxima auri quantitas
 pro huiusmodi propagatione, seu ex-
 tensione in aliam personam fuerat obla-
 ta, quam ad necessitatem, cum proro-
 gationem peterat in personam Ducis
 Mutinæ proximioris agnati, quæ vi ver-
 borum antecedentis investituræ diceba-
 tur esse comprehensa, ac propterea de
 jure reinvestiri posse ex alijs deductis
 pro eodem feudo Ducatus Ferrariæ, per
 Ruin. in cons. 35, num. 32, & 33. ac serè per
 eorum volum. 1. Unde visa, ac maturè con-
 sideratâ dicta constitutione, non solum
 per quamplures Sanctæ Romanæ Eccle-
 siæ Cardinales, sed etiam per sacræ Rotæ
 Auditores communi voto, tam in con-
 sistorio per Cardinales, quam in Rota
 per eosdem Auditores, fuit decisum, ca-
 sum comprehensum, & sine dicta con-
 stitutionis derogatione, nec prorogatio-
 nem, nec novam investituram, aut quid
 aliud concedi posse, quia licet casus iste
 prorogationis in alterius personam non
 fuisset specialiter comprehensus, erat
 tamen comprehensus casus proximæ fu-
 turæ devolutionis per mortem Ducis
 Alphonfi in senili ætate constituti; quia
 dicta prorogatio tendebat ad impedi-

dam ꝛ devolutionem de proximo faci-
 endam, & cum devolvenda infeudari
 non possent, nec poterat concedi proro-
 gatio in præjudicium devolutionis, quia,
 aliquo ꝛ prohibito intelligitur prohibi-
 tum omne illud, quod contra prohibi-
 tionem sequi potest, cap. unic. in fin. de in-
 vest. de re. al. sac. Bald. in l. quoties, 1, nu-
 1, C. de fideicomm. Cravett. cons. 170, num.
 9. Corne. cons. 71, num. 3, vers. & quia pro-
 hibitio, vol. 1. Nam prohibita ꝛ alienatio-
 ne feudi, intelligitur etiam prohibita lo-
 catio ad longum tempus, Ruin. cons. 148,
 num. 11. Et prohibita ꝛ alienatione, quæ-
 libet ejus species censetur prohibita. An-
 charan. cons. 105, volum. 2. Vulpel. cons.
 117, num. 3. consil. 64, num. 7. & Malcard.
 conclus. 1242, num. 94, 95, 96. & num. 105,
 de probat. & quod investitura non possit
 prorogari ad alias personas, per quas
 bona ad Ecclesiam tardiùs revertantur,
 consuluit, Simon de Præt. consil. 45, nu-
 mer. 17. quem sequitur Borgn. Caval. de-
 cis. 31, num. 352, part. 2.

Nam voluntas prohibentis colligitur
 ex verbis ejusdem constitutionis, quibus
 non solum, ut omnis alienationum fa-
 ciendarum occasio penitus aboleretur,
 verbis generalibus, providit, sed etiam
 gravissimas pœnas statuit contra tractan-
 tes, consulentes, & aliâ verba facientes
 de infeudationibus, & alienationibus ci-
 vitatum, & locorum immediatè Sedi A-
 postolicæ spectantium, cum juramen-
 tis, aliisque clausulis, & conditionibus
 amplissimis, & insolitis, ex quibus ꝛ om-
 nis alienatio prohibita intelligitur, autn.
 de alienan. & emphyt. S. sanctissimas,
 col. 9, Menoch, cons. 95, num. 124. Ce-
 phal. consilio 153, num. 32. Ruin. consilio